Nobiliss.e et Ampl.e Domine.

Amantissimo Carminum tuorum libro Bivium
communis amici repono. Scio enim, quanti
hunc tomum facias; aestimaturis librum, in
quo virtutum tuarum pulcherrimè expressa
imagine amabis. Quibus et hoc perpetuâ
memoriâ imputo, quod toties jam publicae
hostilitatis occasione contuleris in privatam
beneficentiam erga innoxiam Eruditionem:
rum et publice, id, in occasione reliquarum
laudum tuarum, celebrare, permittet sopita
aliquando discordia. Interim pro pergrandi
aetatis servitio quae vicina nostra discordia
fratres immortales efficit, remitto litteras
tuti commeatus: quarum ita demum in hanc aesta=
2 tem prorogari rogo, si sine incommodo molesti=
=âve potes, nihilve impedimenti intercedit.
Non sustinebat verecundia mea tantae obligati=
2 onis pondus, nisi spes pergrandi esset occasione
referendae quandoque gratiae composito ~~belli~~
Martis furore. Vale Nob.me et Ampl.me
Domine

Virtutis doctrinaeque
tuae cultor
Diodor. Tuldenus

Lov. 20. Apr. 1645.

Sup. M.S.
Nr 21.

© British Library
Add MS 22953, f. 258
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3936

© British Library
Add MS 22953, f. 258
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3936